



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitatio Ethica De Virtute Heroica Et Semivirtutibus

**Weiss, Johann
Schmoll, Wilhelm Bernhard**

Giessæ Hassorvm, 1664

X. Virtus heroica non cadit in pueros.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35917

pract. de virt. her. th. 12. p. 492. Wendelin. l. c. c. 3. quæst. 9. p. 152. seq.

IX. *Virtus heroica in utrumque cadit sexum*

Non ergo *viri* tantum sunt subjectum virtutis heroicæ, sed & *fœminæ*, quæ non minus, quàm illi capaces sunt impetûs divini extraordinarii, cui tam facile est, ad hanc virtutis ἀρετὴν educere fœminam, quàm virum: etiam si hoc concedendum, quòd non adeò frequenter, aut tanto cum splendore reperitur in fœminis, quàm in viris. Lips. in polit. lib. 2. c. 3. Piccol. l. c. 10. p. 546. seq. Wendelin. l. c. quæst. 6. p. 150. seq. Geilfus. Eth. exerc. 16. num. 15. p. 178. seq. Vernul. Instit. Mor. lib. 3. tit. 7. c. 3 p. 172. Crüger. hort. virt. quæst. 90. p. 249. seqq.

X. *Virtus heroica non cadit in pueros.*

Non loquimur de indole heroicâ, quæ maturè se prodat, & radios excellentiæ de se spargit; sed de perfectâ virtute heroica, quæ, (nisi extra ordinem per absolutam suam potentiam hic agere Deus velit) in hac ætatu tantum est δι' ἐλπίδα. Nic. Hunn. exercit. ethic. 10. thes. 10 pag. 212. seq.

XI. *Heroës impingentes graviter impingunt & hallucinantur.*

Quamvis enim lapsus in se & ratione sui non semper & ubique sit gravior, quàm aliorum; iudicium tamen hominum plerumque ita comparatum est, ut peccati qualitatem non ex ipsius facti naturâ, sed ex peccantis dignitate æstimet. Sagitt. l. c. th. 3 p. 402. seq.

XII. *He-*